



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

SS. Lvpicinvs Et Romanvs CC. 28. Februarij.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

cælum rapuit. ATHANASIA, ut impotens ferè matrum dolor est, immoritura mortuis videbatur; sed Julianus martyr, in cuius templo liberorum manibus parentabat, docuit liberis cælum non invidere. Quin imò invidit, sed rectè, uterque parens; & ut eodem conniteretur, toto asse in miseros abjecto, in diversa cœnobia abiit. Iam anni iverant XII. cùm una ambos cupido incessit ad sacra Solymæ loca visendi. Itaque idem paulò post iter jungunt, & agnoscit ATHANASIA īrecognita (vix, quod tutius peregrinaretur, pudor induerat) ANDRONICVM suum. Salute datâ acceptaque iter silentio transfigitur. Inde regressos excipit eadem cello, alterosque XI. annos ANDRONICVS cum ATHANASIA habitat nescius novi conjugii. Virtum nempe crediderat. Et erat: mulierem tamen mors & schediasma ponè caput repertū prodidit. Igitur corpus palmis coronatum, & elatū triumphi speciem non funeris præbuit, diuque nihil aliud in ore omnium quam Femina monachus & monachus conjux fuit. Ex Surio.

Ideo nudi in seculo nascimur, nudi etiam ad Baptismi lauacrum accedimus, ut nudi quoque & expediti ad cali januam properemus. incongruum verò & absurdum est, ut quem nudū mater genuit, nudum suscipit Ecclesia, dives uelit intrare in celum. S. Max. serm. de S. Mich.

SS. LVPICINVS ET ROMANVS CC.
28. Febru ariy.

E Adem studia, & vitæ rationem eandem audies in LVPICINO, & ROMANO, ut meritò fratres credamus germanos fuisse. Ambo siquidem virgini-

28. Feb. VITÆ S A N C T O R V M . III

ginitatem à teneris coluere , ambo hostes , qui ad nuptias impellebant, heu ! nimilum fortes , parentes habuere. Pugnavit tamen pro filiis fortior in hos mors , & illi pudorem in extremum extulerunt. Hic etiam cùm solos sc̄e crederent, sóli non erant. Aderat hostis orcus , & crebrā lapidatione tyrones animos terrebat , jamque in eam desperatiō nem adduxerat timidos, ut in patriam repedarent ; cùm ex itinere à matronā piā de turpi fuga notati erubuerunt viris animos à feminā addi , &c , ut admissum dedecus eluerent , sublata manibus Crucis signa in hostem iterum verterunt , totaque vi- ctores cremo fugarunt. Tum denique cùm ad signa mortalium plurimi , qui contra mundum nomen darent , concurrerent , terna castra , terna cœnobia sunt metati , more veteri omnem inde mulierem proscribentes. Stipendium insuper cœ lum dedit, cùm LVPI CINO defossas opes ostendit. Luxum tamen hic , & delitias ciborum severā disciplinā damnavit , eamque ob causam signa duodenī turpiter deseruerunt. Sed his quoque reditum ad stationem suam ROMANVS precibus suis impetravit. Idem cùm apud leprosos divertisser , sordes pedum aquā , tactu verò suo omnem in corpore lepram abstergens , divitem hospes symbolam sanitatem reliquit, Ex S. Greg. Turon.

Demus Deo aliquod tempus vite nostræ, ne totum diem infelix ista vanitas & solicitude miseranda consumat : ne noctem totam perniciosus somnus & inanis sopor expendat , sed itidem pars diei ac noctis ipsi temporum deputetur. Authori. S. Pet. Chrysostom. 21.

MAR